



COSMO MEDICI
DVCI
FLORENTINOR· ET· SENENS·
VRBIS · ROMÆ
AEDIFICIORVM· ILLVSTRIVMQVÆ·
SVPERSVNT· RELIQVIÆ· SVMMA· CVM· DILI
GENTIA· A· IOANNE ANTONIO· DOSIO· STILO·
FERREO· VT· HODIE· CERNVNTVR· DESCRI
PTÆ· ET· A· IO· BAPTISTA· DE· CAVALERIIS·
AENEIS· TABVLIS· INCISIS·
REPRÆSENTATÆ
M·D·LXIX· KAL· MAI




2

Iani templum marmoreum in Foro Boario, prope Sancti Georgii in Velabro, quattuor habens portas, et in frontispicio cuiusq duodecim fenestellas, quae quattuor anni tempora cum duodecim mensibus designant.




Templum olim Veſtae in ripa Tiberis à Numa rege, circulari forma, nunc D. Stephano dicatum.

3



4

Fortunae Virilis olim templũ iuxta Tiberim, nun. Sanctae Mariae Aegyptiacae. in eo ſeruij Tullij Regis ſtatua lignea ſeruabatur




Iunonis templum, ſiue, Mercurij ut quidam ſcripſerunt, incendio conſumptum, et reſtitutum à ſeptimio Imp: cuius pro ſoribus porticus uarijs columnis ornata hodie cernitur

C S ·5·



Templi Veneris Genetricis, cui atrium Caesar Dictator in eius Foro circũdixit, tres ſuperſtites columnae.

6




7.

Templum inter uetuſta Vrbis templa, hodie nobiliſsi:
mũ ferè integrã, quòd omnibus Dijs ſacrũ eſſet. Pantheon uocatum,
et à M. Agrippa, propè Thermas Agrippinas, (hodie la Ciambella) dicatum ſphaerica forma uulgo S. Maria Rotonda uocant.



8


Templi Pacis, à Claudio Imp. inchoati, et à Vespasiano per, fecti, quae ſupersunt, ruinae, aliquibus maximis pulcherrimiſq; reliquis columnis. in hoc uasa et ornamenta templi Hieroſolymitani ſeruabantur.



Pars interior templi Bacchō olim dicati, nunc Sanctae Agneti, extra portam Viminalem, nunc Piam



Pars anterior templi, quod Soli Deo Aurelianus Imp
10 dedicauit, in ſupercilio Quirinalis montis, hodie Caballi
nuncupati, e regione Thermarum Conſtantini Imp.




11

Templũ olim Fortunae, ut creditur, ſphaerica forma, et porphyreticis columnis, uarijsq incruſtationibus illuſtre, nunc
Balneum Conſtantini Imp. S Ioanni in Fontibus ad Baſilicam Lateranenſem dicatum.



12 *Porticus Antonini et Fauſtinae pulcherrimis et uarijs marmoribus extructa, ubi hodie diui Laurentij templum in Miranda propè uiam Sacram.*




13

Parſ Fori Traiani, quod inter Neruae Forū, Capitolium, et collem Quirinalem, ab Apollodoro architecto mira arte extructum fuit. cuiuſq; frontiſpiciū in aliquibuſ Traiani nomiſmatibuſ et aureiſ et aereiſ cernitur.




14

Parſ alia eiuſdem fori Traiani Imp.



15 *Pars alia eiusdem Fori, Traiani Imp.*


16
Pars alia eiusdem Fori, Traiani Imp.




17

Porticus Antonini Pij Imp. inter Sciarrae Pantheonisq; plateas, iuxta Sancti Stephani templum in Trullo



18

Insulae Tiberinae pars, quae pontem Cestium, nunc Sancti Bartholomei, respicit. Aesculapio olim Sacra. habet biremis formam ubi latiſsima est, erteli iactum non excedit. longitudo Stadia circiter duo complectitur.



19

Hoc quid ſit, ignoratur. Quidam tamen putant eſse partem Curiae Hoſtiliae, in qua Hoſtilius Rex habitauit, ubi nunc Sanctorū Joannis et pauli templū eſt constitutū in Coelio monte.



20 *Palatini montis aedificiorum, ut nunc cernuntur ruinae. hodie Palatium maius dicitur. olim ſplendide aedificatum, et frequenter habitatum.*



21

Fori Romani pars, quae respicit Capitolium, ad cuius radices templi concordiae cernuntur ruinae, et porticus.



Arcus Septimij Imp: ad cliuum Capitolinũ, in quo incisae ſunt alatae uictoriae, cũ trophaeis et terreſtris, naualisq; belli Simulacra, omnium integerrimus hodie extat.

22




Via Sacra, quae à Curia ueteri prope arcum Conſtantini Imp. incipiens, ad Capitolij radices pertingebat.


23



Septizonij, quod Septimius ſeuerus Imp. in uia Appia extruxit, è regione templi diui Gregorij, tres ueluti Zonae, quae hodie ſupersunt, columnarum pulchritudine et magnificentia spectabiles



Moles lateritia semidiruta in uia Praeneſtina, propè templũ nũc S Euſebij. In qua duo trophaea marmorea erecta, hoc eſt, trãnci cũ Spolijs excitati cernũtur. haec à C. Mario, Cimbrico triumpho erecta fuiſſe dicuntur




26

Ductuſ aquae fontiũ Caerulei et Curtij, Anienis quoq noui, à Caligula Imp. inchoatuſ, et à Claudio absolutuſ, aqua Claudia inde dictuſ, à porta Esqilina per Coelij montiſ dorſum in Auentinum perducebatur. hodie porta Maior appellatur


SENATVS
POPVLVS·QVE·ROMANVS
DIVO TITO DIVI VESPASIANI F
VESPASIANO AVGVSTO
Arcus marmoreus, omnium qui extant, antiquiſſi
a Tito Vespaſiano deuictis Hieroſolymis prope uiā Sacram
extructus: in cuius altera parte, uictoriae insignia cū arca
foederis ſculpta ſunt: in altera, triumphus Imp. cum aureo
candelabro, et duabus Moſis tabulis.



Arcus triumphalis marmoreus in uia Flaminia, Domitiano Imp. dicatus, ut uulgo putant, quòd is multos ubiq; arcus excitauerit nulla tamen in eo inscriptio apparet cernitur hodie inter Sacras aedes Sanctorum Silueſtri, et laurētij in Lucina




Arcus marmoreus in Foro Boario, propè Sanctū Georgium in Velabro, à mercatoribus Septimio Seuero Imp. erectus.

29




30

Conſtantini Imp. arcus ad angulum palatini montis propè Amphitheatrū omnium, qui ſuperſūt, integerimus. hunc Conſtantinus à Traiano Imp. inchoatū, ſuperato ad Miluium pontem Mezentio, ſibi conſtituit, adiectis eius uictoriae inſignibus.




Pars Theatri Marcelli inter Capitolium et Tiberim, ubi nunc aedes Sabellorum, hoc ab Auguſto Marcelli nomine extructum capiebat hominum octoginta millia.

31




Statilij Tauri Amphitheatrũ, quod magna ex parte adhuc extat ad Sanctae
32 Crucis in Hierusalem prope moenia Vrbis.



Anphitheatrū, uulgo Coloſseum a Neronis coloſso, inter montes Coelium et Esquilias à Vespasiano Imp. inchoatū, deinde à Tito perfectum, et exornatum.

33




Obeliscus Caesaris in uia olim Triumphali ad Vaticani radices erectus; propè sacrarium Basilicae nunc Sancti Petri

34


Traiani Imp. columna, cochlidis ſtructura, in
medio eius Foro, hodie quoq; erecta uiſitur. Rerū
à Traiano geſtarum ſummā mira arte caelatam habet:
inprimis uerò Dacicum bellū. intus. 185. gradibus ad
ſummū faſtigium, 40 feneſtellis lucem admitten:
tibus, aſcenſū praebet. alta pedū. 120. in ſummo
Traiani oſſa, in pila aurea condita ſeruaban tur.
35


Columna Antonini Pij Imp· cochlidis
ſtructura, inſtar Traiani columnae,
hodie in platea Columnae erecta
uisitur· inter hanc columnam et
porticum Antoninus Imp· palatium
habuisse memoratur.
36



37


Thermae Lateritiae Pauli Aemilij propè Traiani Forum ad radices Quirinalis montis.


Pars quaedam interior ut nũc cernitur Antonini Caracallae
Thermarum ad Auentini montis radices, ubi nunc
S. Balbinae templum conspicitur. has inchoatas
à Caracalla, perfectas et exornatas à Seuero
Imp. Scribunt
38.



39

Pars alia interior Antonini Caracallae Thermarum, ut nunc cernitur.



40. *Pars alia interior earũdem Antonini Thermarum ut nunc cernitur.*



41 *Pars alia interior Antonini Caracallae Thermarum, ut nunc cernitur.*



Pars alia interior, Antonini
Caracallae Thermarũ, ut
nunc cernitur
42



Pars quaedam interior Thermarũ à Diocletiano Imp· extructarum in esquilijs prope altam ſemitam, ubi nunc templum S· Mariae de Angelis

43



Pars anterior Diocletiani Imp· Thermarum, quae ſolis meridiæ respicit

44



45

Pars alia earundem Diocletiani Thermarum. quae orientē respicit, ſub nomine S Mariae de Angelis Pio quarto Pont. Max. inſtaurata.




Parſ alia interior earundem Diocletiani Imp. Thermarũ in eſquilijſ

46



C. Ceſtij ſeptemuiri epulonum ſepulchrum pyramidali forma, hodie quoq; integrum in uia Oſtienſi, prope portam nunc Sancti Pauli cernitur




48. Moles, quam Hadrianus Imp. iuxtà Aelium pontem, è regione Manſolei Auguſti, pro ſuo ſepulchro excitauit. in quo primũ ipſius, poſtea omnium Antoninorũ cineres ſunt reconditi hodie pontificum praesidiũ eſt, appellaturq; ut nunc cernitur, Caſtello . S. Agnolo.



Extra portam Capenam, hodie S. Sebaſtiani, Via Appia ſecūdo miliario
Circus ab Antonino Caracalla extructus fuit, cuius ingentes ruinae et inter
eas obeliscus, metarumq; ueſtigia non procul ab aede S. Sebaſtiani cernuntur

49



50

Extra portam Capenam, Via Appia, ad ſecundũ lapidẽ ſepulchrũ filii Metellorũ, cuius memin.it Cicero. id cernitur hodie, ubi dicitur ad Caput bovis, parium ultra Circum Caracallae